

Bernardus milites Templi serm. ad illos habitos cap. viii : « Nunc, inquit, iudicium est mundi; nunc princeps huius mundi eiecitur foras. Erit iudicium cæli, quando ipsum vocabitur cælum desursum et terra discernere populum suum : in quo sane timendum, ne proiciaris tu cum ipso et angelis ejus; si tamen inventus fueris injudicialus. » Expende qualem causam apponat timoris, nimirum si ad iudicium veneris injudicialus, hoc est, nullum antea expertus iudicium, plena utique timoris res est, si nullum expertus iudicium divino te sistas iudici, quando mundi princeps nec a se nec ab alio dijudicatus in Dei iudicio causa cecidit. Unde S. Petrus exhortans primitivos christianos dum ad tribunalia traherentur ait I *Epist.* iv, 17 : « Tempus est ut incipiat iudicium a domo Dei. » Et cur Dei domestici sic anticipata tribunalia et iudicia sustinerent, aptam D. Bezaarduo supra citato reddens rationem : « Propter hoc, inquit, iudicium incipit a domo Dei, ut suos, quos novit iudex, cum venerit inveiat iudicatos; et jam nihil de eis habeat iudicare : » qui enim alia novit subire iudicia, cum ad divinum venerit, vix invenit quod timeat. Ea causa D. Paulus dum securitati hominum consultit, horribilium tribunal instruit hominum generi formidandum, quod semper in memoria atque mente circumferamus : « Omnes, inquit *Rom.* xiv, 10, stabimus ante tribunal Christi. » Et ne quis forte vite impure et profani animi reus latere se posse putet, claro præconio sic alio in loco denuntiat *II Corinth.* v, 10 : « Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi. » Quare Magnum Constantinum, cum a tam multis nationibus timebatur, pia in schola eruditum, de divino tribunali loqui solitum, atque illud ut par est timuisse prodit Eusebius in *Vita* ejus lib. IV, cap. ii, atque inter alia suis inculcavisse, « cunctos mortales magno Regi aliquando rationem vite sue relationis : » venit enim dies *Eccle.* iii, 17, cum « iustum et impium iudicabit Deus, et tempus omnis rei tunc erit. » Si nunc a potentioribus conculcatis, tandem sustine : « Sane idoneus patientiæ sequester Deus, inquit Tertullianus, si injuriam apud eum deponeris, ultor est; si damnum, restitutor est; si dolorem, medicus est; si mortem, restaurator est.

Hujus igitur tribunal ne parvi ducas : venit dies, cum inferiorum iudicium sententias exacte perpendet. Provocatur aliquando ad hoc tribunal duo Carvajalii fratres a Ferdinando IV Hispanie regis oppressi, cum suspecti essent de occultis cæde Benavidi viri primarii; sed neque testibus convicti, neque crimen fassi, nihilominus a rege, qui præceps ac durus erat in iudicando, jussi sunt duci, et ex alta rupe præcipites dari. Cum id sit, clamant innocentes se mori, et quoniam regis aures justissime defensionis obstructe essent, ad summum iudicem se provocare, et regi diem dicere ab isto trigessimum. Dieta nihil valuerunt :

sententia tenuit, sed et ipsorum vadatio. Ipso die trigesimo rex levi morbo tentatus, eodem paulo post in lecto exanimis repertus est. Rem narrat Lipsius in *Mon. Polit.* cap. xi. Si quid hic intervenit divini, est sane cur timeant iniqui iudices. Prudenter sane monet Sapiens *Eccle.* v, 7 : « Si videris calumnias egenorum et violenta iudicia, et subverti justitiam in provincia, non mireris super hoc negotio, quia excelso excelsior est alius, et super hos quoque eminentiores sunt alii; et in super universæ terræ rex imperat servienti. » Est optimus et huic loco valde affinis locus alius apud Isaiam cap. x, 1, qui cum lugeret illorum et tum qui causam everterunt miserorum et viduarum, pupillorumque fortunas diriperunt, subdit : « Quid facietis in die visitationis? » Gravissime autem sic illis minatur Sapiens *Sap.* vi, 2 : « Audite ergo reges et intelligite : discite iudices finem terrore. Horrende et illo apparebit vobis, quoniam iudicium durissimum his qui præsumt fiet : exiguo enim conceditur misericordia : potentes autem poterit tormenta patientur. » Huc oculos convertant, qui in hac cæca mortalium confusione palpant : hic gressum figant, qui in hac tam vana tanque ancipiti rerum humanarum vicissitudine fluctuant : « tempus enim omnis rei tunc erit » *Eccle.* iii, 17 : tunc neque temporum neque officiorum vicissitudo nos ulla jactabit, sed stabilitis nos excipiet æternitas; et qui nature operæ intellectu consequi non poterunt, ex illis tenebris aliquando tandem emergent; et qui addendo ac detrahendo cogitationes suas exerceverunt, jam in Dei operibus ac iudiciis acquiescent, omniaque perfecta ac justa esse cognoscent; et quibus iniqua iudicia merori fuerunt, jam divinam providentiam venerabuntur; et qui iniquis iudiciis oppressi sunt, in supremi iudicis æquitate respirabunt; et ipsi iniqui iudices digna factis supplicia persolvent : ita Tollenerius noster in *Eccle.* cap. iii, sect. 5.

13. NUMQUID NON IN UTERO FECIT ME, QUI ET ILLUM OPERATUS EST, ET FORMAVIT ME IN VULVA UNUS? — Alia ratio cur Jobus servos et ancillas non contempserit, neque a familiari et privato aut a publico legitimoque iudicio repulerit, ea est, quia idem omnibus hominibus genus est, eadem natura, idem formator et origo. Formavit in utero, compegitque unus, id est Deus, tam reges et dominos, quam pauperes et servos; neque plus operæ aut studii posuit in formando rege quam humiliter et inope servo; neque ex alio luto aut in alia officina fixit vas in honorem, quam quod futurum esset in contumeliam. Qua de re multa iam sacri quam profani scriptores a Sancto citati, qui pro servis contra dominos acriter neque immerito pugnant, et contendunt deberi servis a domino erectionem, hoc est benevolentiam et humanitatem, qua nimis laboribus oppressos, inopia dejectos, morbo debilitatos, casu afflictos recreet atque reficiat : qui enim vivit in servitute,

Ver. 13.

Servus a domino natura et origo non differt.

Servus dominus debetur erectio.

eum necesse est multa et gravia pati mala; unde illud in legibus, *Regul. Juris* 209 : « Servitute mortalitati comparamus; » et ut dixit eleganter Seneca *De Tranq.* cap. x : « Omnis vita servitium est. » Servorum vita quale et quantum servitium erit, quantis miseris et vexationibus obnoxium? Pertinet igitur ad domini humanitatem illos sublevare, ne continuo et durissimo labore frangantur. Disputat hæc de re divine et egregie Pædagogus apud Clementem Alexandrinum lib. III, cap. xi, negatque utendum famulis *καθηγε υπερβουζ, tanquam jumentis.* Licet domini sint nobiles et ad magnam dignitatem evecti, honorati, titulis gloriosis illustres; sic tamen existimare debent, parem omnium esse nature conditionem, fortunam dissimilem, neque ullum proprie vilem et despiciendum videri oportere, qui divino beneficio sit Dei filius, et honorum celestium hæres, pro quo mundi liberator sanguinem omnem suum profuderit. Quod cum apud se reputaverint, facile opinor adducentur, ut et labores moderentur suorum, et isdem salaria honesta constituent, et liberalis animi beneficentia prosequantur : « Summam enim hominum inter se vinculum est humanitas, inquit Lactantius lib. VI, cap. x, quod qui disrupserit, nefarius et parricida existimandus est : nam si ab uno homine, quem Deus fixit, omnes oritur, certe consanguinei sumus; et ideo maximum scelus putandum est, odisse hominem vel nocentem. » Quantum ergo facinus esse arbitramur despiciere pauperes et innocentes? Merito igitur Job summam semper eorum curam gessit, ut ipse de se abunde testatur cum subdit :

16-22. SI NEGAVI, QUOD VOLEBANT, PAUPERIBUS, ET OCULOS VIDUE EXPECTARE FECI. SI COMEDI BUCCELLAM NEAM SOLUS, ET NON COMEDIT PUPILLUS EX EA : (QUIA AB INFANTIA MEA CREVIT MECUM MISERATIO : ET DE UTERO MATRIS MEÆ EGRESSA EST MECUM.) SI DESPEXI PERCENTEM, EO QUOD NON HABUERIT INDUMENTUM, ET ABSQUE OPERIMENTO PAUPEREM : SI NON BENEDIXERUNT MIHI LATERA EIUS, ET DE VELLERIBUS OVium MEARUM CALEFACTUS EST : SI LEVAVI SUPER PUPILLUM MANUM MEAM, ETIAM CUM VIDEREM ME IN PORTA SUPERIOREM : HUMERUS MEUS A JUNCTURA SUA CADAT, ET BRACHIUM MEUM CUM SOIS OSSIBUS CONFRINGATUR. — Sepsem hos versus, ante quorum ultimum sensus non expletur, connectere ac simul exponere operæ pretium visum est, quibus enumerat Jobus exitimos virtutum, præsertim misericordie, actus, de quibus ita Petrus Damiani *Opusc.* IX, cap. iv : « Vide, inquit, quam longus sit misericordiarum iste catalogus; ut nil prorsus omittat, quin omnium necessitatum modis occurrat, cunctis egestatum vulneribus velut medendo subveniat. » Præter igitur actus est, indignis non abnegasse quod vellent, hoc est, non eos severe a januis inanes repulisse. Secundus, viduas non retardasse; quod est genus nobilioris eleemosynæ, quando mulieres non sine rubore poscunt, neque sine discrimine expectant : quibus confestim ac pudice

erogare consilium saluberrimum est. Tertius, non prorsum fuisse solus : quod bifariam exponitur : vel enim e mensa ciborum partes pupillis mittebat, vel etiam invitabat, ut desolatos solaretur et aleret. Quartus, qui jugem honorum operum tenorem protulit, a prima ætate misericordiam coluisse, quæ ut partus uterinus cum eo simul fiam videretur, quod et ad idcætem et ad educationem referendum est : condiscunt quippe, et velut lactis succo concipiunt misericordiam, qui parentes pios ac beneficos sortiti sunt. Quintus, non abiecit cum contemptu inopem pereuntem, quod nudus foret; imo e vestigio illum convestisse, et ad suas laudes oblectum ac recreatum impulsisse. Sextus, non levasse manum, hoc est, non terruisse minis aut plagis afflixisse pupillos quibuscum fore litigare, licet iure ipse potior esset; at eos leniter accepisse ac perhumaniter fovisse.

Denique nisi hæc ita se habeant, humeri prodigiosam a corpore divisionem totiusque hæcchii contritionem sibi imprecatur; ubi nota Jobum ea virtutum enomia complexum fuisse, quæ per pauci christiani promerentur, mirumque videri, hominem in regione Auside commorantem antea tempore non sensit evangelicæ consilia explesse, quam si a Christi ore illa præsens accepisset. Inspiraverat nimirum mundi opifex istud genus humanitatis et benevolentie, atque jam inde ab ipso matris utero in Jobi animum immiserat, ut Christi polliam adumbraret : cum enim esset rex in oriente clarissimus, dives, honoratus, prorsquam ad experimentum invicte patientiæ divino imperio vexaretur, orbem semper aliquem, a bonis et fortuna derelictum ad suam mensam adhibebat, ut Gregorius Magnus, pauperum et ipse curator humanissimus beneficentissimusque pater, ad hunc locum annotavit. Quod cum Platoni suboluisse, ut erat iudicio excellenti, nec improvidus rerum æstimator, ait deos eorum maxime ab iis quos miseratio caperet *τῆς ἐπιπέρας ὀργῆς, solitudinis et orbitalis pupillarum,* quique adversus illos se benignos humanosque præbent. Sed in Novo Testamento post Filii Dei ad homines adventum illius splendor humanitatis vehementer eluxit : nam principes religionis Apostoli cum ejus curæ meritum amplissimum e sanctissimis Christi monitis et exemplo didicissent, ut qui vidue luctu et merore confectæ inusitato prodigio consolationum attulisset, ad hoc genus charitatis omnium christianorum animos excitaverunt. Itaque S. Jacobus *Epist.* i, 27, inter opera sanctæ religionis, quibus homines viam sibi muniant ad æternitatem, ponit : « Visitare pupillos et viduas in tribulatione eorum : » Tertullianus ad *Scapul.* cap. xv, communem in eo morem christianorum sic exponit : « Pupillos pie tractamus, indigentibus refrigeramus. » Sed totius Ecclesiæ iudicio id solandi genus semper existimatum fuit sacrorum hominum esse proprium : ita Justinus

Job aut misericordie operibus Christum polliam adumbravit.

Non utendum famulis ut jumentis.

Ver. 16, 17, 18, 19, 20, 21, 22.

Job accipit misericordie illustres.

velut ingens aquarum mons contra me in caput meum devolvitur, quacumque fugero non effugiam: quidquid adversus aquae impetum obmolitus fuero, heu non effugiam iudicium, Dei tribunal inextinguibile: scio me Deo iudici sistendum: censorios Dei oculos et iudicium subiturus sum, scio. Quid igitur consilii? quid opus est facto? qui fluctus tumentes timet, mulata navigatione in tutum se recipit locum: in sic qui Deum timet, mutata velificatione in meliorem se recipit frugem, ut ejus iram evadat. Qui fluctus timet, navis abijcit onera, sentinamque exhaurit: qui Deum timet, pondera abijcit peccatorum, foedissimamque scelerum sentinam eiecit. Nisi venti spirant, maris fluctus non tumentur; nisi peccata perpetrentur, ira Dei non commovetur. Ventus fluctus inflatur; peccatis ira Dei concitatur, cuius pondus merito ait Job ferre se non potuisse: si enim navis fluctuum pondus ferre non potest, absorptaque mergitur, nullo minus homo divini furoris pondus ferre poterit. Vide plura *supr.* cap. 1, 13, de furoris et irae Dei gravitate notata; quae huic quoque loco quadrant.

Nemo pondus ire Dei valet sustinere.

Ver. 24 et 25.

S. Job nullam gratiam habuit in auro divitiisque solacium.

Poenite mirabiliter poenitentem.

Avaris aurum solo gratius accidit.

acerbitati se objicere: «Si, inquit, putavi aurum robor meum,» etc.

Merito igitur illos saepe flagitiorum ultor Deus, et improbe cupiditatis, jactura luctuosa et spoliatione fortunarum punire solet, atque monere, nihil esse communibus illis fortunae bonis incertius nihil mutabilius. Quam veritatem in divinis oraculis expressam videmus, nam Ezechias Hebraeorum dominus, cum misisset ad illum Babylonie rex legatum cum numeribus et amica salutatione, ex ea re inusitatam animi laetiam percepit, et elatus animo atque gestiens, quasi magnus quidam esset atque potentia insuperabilis, in cuius sinum bona fortuna copiae cornu immisisset, quae fontes haberet aureos uberrimae felicitatis; ostendit illi barbaro domum aromatatum, aurum, argentum, pigmenta varia, suppellectilem pretiosam, armamentarium suum, quidquid denique in thesauris suis reconditum emelisque habebat. Irrisus fatui hominis levitatem Deus, et prophetam misit ad illum grandi voce tonantem Isaiam, qui denuntiaret futurum aliquando tempus, cum illa omnia, quae vanissime ac magnifice ostentaverat, in Babylonem asportarentur. Quia, inquit Procopius in IV Reg., cum Dei potentiam et imperii vicem providentiamque docere oportuisset, ipse patens veritatis ostendit, illum opes omnes, in quibus mirificum in modum confidebat, nihil habere firmum et stabile: et sane cum perdi eripique possint, in illis spei suae fundamenta collocare improvidae mentis fuerit animique rerum inscientis. Quare Petrus Blesensis *Epist.* 60, eleganter opes nominat *sophisticas*, hoc est, opinor, deceptices, inanem pompam habentes, usuramque fugitivam; sed divitum illa fiducia, quod merito videri debet gravissimum, in communi orbis theatro illudenda proponitur: avarum enim Dei oblitum atque opibus nimium praesidentem «justi, inquit David *Psal.* 11, 1, videbant, et dicunt: Ecce homo qui non posuit Deum adiutorem suum, sed speravit in multitudine divitiarum suarum.» Est pius sarcasmus, opportunus ad notandum cupidiorum insaniam, qui in lujus vitae navigatione aurum et argentum pro Helice et Cynosura sequuntur; opes, suppellectilem pro velis et anchoris habent; qui denique obrizo dicunt: «Fiducia mea.» Davidis verba notanda sunt: «Ecce homo: in Hebraeo est *גִּבְרִי גִּבְרִי*, hoc est proprie fortis, strenuus, q. d. Ecce ille Thraso gloriosus, qui ob copiam se divitiarum magnifice et superbe circumspiciebat, qui nummis aureis atque argenteis ut rotundis clypeis prope innumeris se tutum satis et munitum opinabatur adversus omne fortunae genus et futuros casus; ecce homo, qui Dei praesidio pro nihilo habito, non optato, spem omnem suam in fluxis et vanissimis rebus posuit.

Miseris quoque et spe sua delusis Baruch insulstat cap. 11, 18: «Ubi sunt qui argentum thesaurizant et aurum, in quo confidunt homines, et non est finis acquisitionis eorum?» ingrata item

Deus in speciebus felicitatis insidem merito spoliat.

Ezechias in opibus floruit israhel spoliatus est.

Opes sunt fragilia didicimus fortissimum.

Terram opes sunt sophisticae.

In iudicio ridebunt qui opibus suis avari sunt.

Stulti, qui Deo relicto in opibus confidunt.

animae nec divinum beneficium agnoscendi exprobrat Isaias cap. xvii, 40: «Fortis adjutoris tui non es recordata:» duo in Deo notat, singularem in juvando benevolentiam, et insuperabilem potentiam, quae efficacissima sunt ad giugnendam hominum in eo fiduciam, nisi bonorum vilium cupiditas animi lumen exstinguet. Plus enim tam fortis et beneficium adjutor prodesse potest quam aervi pecuniarum, quam montes aurei, quam agrorum ingentium proventus, quam siculae et africanæ masses, quam imperium orbis terrae; siquidem haec omnia relinquunt saepe invitos, nullo fructu atque opere pretio inanesque deserunt: plura de falcae divitiarum vide superius ad cap. xv, vers. 29.

Allegorice S. Gregorius lib. XXII *Moral.* cap. 11, aurum ad subtilitatem ingenii et obrizum ad humanæ mentis dona refert; unde est, ac si S. Job dixisset: «Nec quæ veraciter intellexi meo ingenio tribui; nec menti proprie, si qua egisse me bona contigit, haec principaliter deputavi.» Nequaquam igitur in auro fulgentissima scientie sitam esse suam fortitudinem putat, qui omnem scientiam humanam experientia docente infirmam et errori subiectam existimat; nec in obrizo ejus veritatis, quam minus indagavit, confidit, quia ex consortio Domini non solum lucem, sed et mansuetudinem, qua non resistit contraria cum validiore ratione docentibus, ac docilitatem mutuavit. Id autem proprium esse iustorum S. Gregorius *ibid.* in hunc modum explanat: «Sancti viri, inquit, robor suum aurum non deputant, quia quantolibet ingenio fulgeant, nihil se esse ex suis viribus pensant; et cum sentire omnia valenter possunt, prius intelligere semetipsos cupiunt; quatenus lameu ingenii more solis prius illustret locum in quo oritur, et postmodum cætera, ad quæ procedendo dilatatur, ne si intendendo cognoscendis aliis semetipsos nesciant, ibi solis radius ubi oritur obtenebrescat. Ingenii itaque virtutem ad cognoscendam propriam infirmitatem dirigit, atque ex infirmitatis suae melius cognitione convalescent. Aurum ergo robor non creditur, si in accepto ingenio fiducia non habetur. Quod bene Salomon admonens ait *Prov.* 11, 3: *Habe fiduciam in Domino in toto corde tuo, et ne innitaris prudentiae tuae.*»

Justi me ingenio nequa scientia sua confidunt.

Superbia et doctus in Deo nocentis.

dum, ut feliciter res maturari et confici possint et deduci ad summam quamdam perfectionem, nisi princeps luminum Deus vim et opem suam communit; quam proinde quotidiana precreatione et devoti animi sensu petere oportet. Calendulas sapientes esse patem aliosque flores, quos solares dicunt, qui de nocte se construngunt, et penitus claudunt et continent; deinde cum aurora tenue suum lumen exepit ostendere, quamvis nonnulli commoveri videantur, non tamen plane et perfecte aperiunt se atque explicant, nisi cum sol benefico suo lumine irradiaverit: ita prudentes modestique viri tametsi nonnullum splendorem habeant eruditionis varieque doctrinae ut lumen vel aurore debilius luceant; non tamen se penitus effundunt et explicant ad agendum, nisi prius vin, lumen, gratiam, ab intelligentie sole mutantur per orationem et rerum divinarum meditationem. Est enim illud D. Pauli verissimum et generatim pronuntiatum I *Corinth.* viii, 4: «Scientia inflat,» magnos animos spiritusque gignit, tumidos facit, et inani sui opinione atque superbia inflatos; ubi autem tumor est, sanitate ibi non esse aiunt Patres. «Inflatio, inquit D. Augustinus in *Psal.* xxxviii, et tumor imitantur magnitudinem, sed non habent sanitate;» et eadem mente S. Chrysostomus hom. 17 in I *Timoth.*: *Te persequitur de operibus divinis, quod turgidum est non sanum dicitur.* Inflantem ergo scientiam describit Apostolus, quae morbum animi insaniamque significat eorum hominum qui propter eximia talenta et multiplicem rerum scientiam non putant operi sibi a Deo petendam, quam aliquo admiranda se facturos opinentur.

Inconsideratam illam temeritatem vidit Anna prophetica illa heroïna, de qua multa in sacris annalibus; quæ cum Numen in suo cantico celebraret, inter alia sic inquit I *Reg.* ii, 3: «Deus scientiarum Dominus est,» ubi Procopius sapienter: «Commode, inquit, illorum qui effervunt atque superbiunt spiritus compevit, omnem notitiam omneque discendi studium a Deo hominibus inesse praedicens.» Quam igitur excoitationem habere possunt apud Deum tumidi illi arrogantes, qui nimium in abundantia ingenii sui doctrinisque confidunt, nec autorem omnium Deum humilitatis suae professione venerantur? Doctus presul Nysseus Gregorius *Orat.* 1, cum disputat de oratione, indignatur a perisique negligi in vita, et omitti «sacrum hoc et divinum opus,» ut ipse loquitur, et paulo post ait, prope omne hominum genus summo mane alia omnia tractare: mercatores, sellularios officines, iudices, illos etiam qui studiis et humanitati operam navant, spem suam praesidiumque ponere in manibus, arte, ingenio continuique laboris industria; divini autem numinis adiumentum, quod oratione quaeritur, existimare *ἀρρηκῶς πνεύματι, iners quidpiam* atque inutile sibi esse ad propositum finem consequendum: Ideo, inquit, abundat in vita peccatorum omnibus

Doctrina non temere ostentanda vel effusa desola.

Scientia qua inflat non est.

Scientia a Deo per orationem impetrandam.

videtur nullum hic esse sermonem de adoratione solis, tum quia cum suas narraret Jobus virtutes eximias, non videbatur idololatriæ odium positurus: quid enim tantum est impietatem illam exhorrisse, quam etiam illi, qui profligatissimis essent moribus et omnium vitiorum turpitudine contaminati, aversarentur; neque præterea erat cur Jobus hoc a se idololatriæ crimen aut suspicionem depelleret, cum illud non foret ab amicis obiectum: nam reliqua, quæ de se tam hoc quam vigesimo nono cap. prædicavit, aperte confutant, quæ ab insultantibus amicis in maledictis audierat: ita Sanctus noster. Quare placet quod ex grecis Patribus visum est Nilo et Olympiodoro, et ex latinis Augustino et Gregorio, nempe non cogita-se Jobum quidquid haberet divitiarum a sua habuisse solertia et manu; atque ideo quod diligens esset et potens non esse tribuendum Dei benignitati, sed dextera, quæ res magnas esset constanter aggressa, et easdem obliuisset feliciter; quæ illi esset pro Deo, atque ideo illam religioso veneraretur cultu, et tanquam divinum aliquid oscularetur. « Quæ est iniquitas maxima, et negatio contra Deum altissimum. » Hanc autem esse Olympiodori sententiam patet ex ejus verbis sic in *Catech.* dicentis: « Sæpenumero nonnulli cum sua facta efferunt manus osculantes suas. Dicit igitur: Si ego aliquando in mea potius dominatione atque in meis egregiis facinoribus quam in Deo spem atque fiduciam collocaui, plane meritis sim veritatem; cum non a nobis ipsis, sed a divina gratia omne sit auxilium. Ergo si deceptus tale quid passus sum, in scelere id mihi ponatur gravissimo. » Cui expositioni *ibid.* ita subscribit Nilus: « Cur igitur spe a Deo sejuncti carne brachii sustentamur? divinamque providentiam nostris manibus dimittimus? Et ad ipsum, quod Jobus maxime criminosis sibi fore precatu est, ori manum suam impositam osculari, facere ipsi haudquaquam veremur? Multorum enim hic mos est, manibus suis suavium dare, ut quidquid in iis opus facultative est a seipsis habere testentur, » etc. S. Augustinus quoque in *Annot.* ad hunc locum: « Quod si osculatur sum manum meam ponens ad os meum, id est, gavisus sum tanquam de operibus meis. » Sed omnium clarissime S. Gregorius lib. XXII *Moral.* cap. v. *Manum suam* inquit, *osculatur ore suo*, qui laudat quod facit, et testimonio propriæ locutionis sibi virtutem tribuit operationis. Qua in re quis despiciat, nisi is qui ipsa operandi munera largitur? » etc. Hanc autem esse summam iniquitatem et veluti Dei negationem patet ex eo quod, quantum quidem ex nobis est, Deum gloria et laude sua, quam unicam a nobis requirit, sacrilege fraudemus, et quasi spoliamus. Manifestum id fiet, si juxta doctrinam S. Augustini lib. X *De Civit.* cap. v, vi, vii, et S. Chrysostomi hom. 20 *in Rom.* verba quædam Dei, quæ per os Davidis locutus est, expendamus: « Audi,

quid hic significet

Job nonquam in propriis facinoribus, sed semper in Deo gloriatus fuit.

Manum suam osculatur qui laudat quod facit.

inquit *Psalm.* XLIX, 7, populus meus, et loquar; Israel, et testificabor tibi: Deus Deus tuus ego sum, » id est, ut exposuit S. Augustinus ad dictum *Psalmi* locum: Israel audi, populus meus audi: Israel nomen electionis est *Gen.* XXXII, 28: *Non vocaberis*, ait, *Jacob, sed vocaberis Israel.* Ergo audi Israel, videns Deum etsi non in specie, sed jam in fide: qui habet aures audiendi audiat, qui habet oculos videndi videat. *Et testificabor tibi* tanquam rem certam, securam et firmam: quid loquitur? quid testificatur, qui tantam peti attentionem? *Deus Deus tuus ego sum.* Hoc tanquam primum totius ædificii fundamentum supponendum est, quod me debes habere et colere tanquam verum ac legitimum Dominum Deum; cuiusque autem legitimum dominum impendenda sunt a servis aliqua servilitatis officia, quibus illius dominium et suam proficitur servitute. Quid igitur, inquit S. Augustinus, querit ab homine Deus noster, imperator et rex noster, qui hoc statutum esse voluit, Deus Deus tuus ego sum? quod vectigal nobis indicit? quid a nobis exigit? Audiamus *Psalm.* XLIX, 8: « Non in sacrificiis tuis arguam te: » non tibi dicam: Quare non mihi pinguem taurum mactasti? quare non de grege tuo optimum hircum elegisti? quare arces ille ambulat in ovibus tuis, et in ara mea non ponitur? Non dicam: Inspice agros tuos et hortos tuos querendo quid mihi des. Non super sacrificia tua arguam te: hæc abunde mihi offers, et perpetuo altaria mea plena sunt. » Holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua vitulos, etc., mææ sunt omnes fere silvarum, » *ibid.* vers. 8 et 9. Quid a te queram? quod ego condidi? Magisne est hoc tuum, cui possidere dedi, quam meum qui feci? Sed forte ait Israel: Bestia Dei sunt ille fere in montibus discurrentes, quas non includo in corte mea, quas non aligo ad præsep meum: cæterum bos et ovis et hircus mea sunt: « Jumenta in montibus, et boves, » *ibid.* vers. 10: mea sunt illa quæ non possides; mea sunt ista quæ possides, si enim servus meus es tu, totum peculium tuum meum est. « Cognovi omnia volatilia cæli, » *ibid.* vers. 11: et numerum eorum apud me descripsi habeo; tanquam que subsint omnia ditioni mee, et que singula possim propriis nominibus advocare, et dicent: Adsumus. « Et patriarcho agri meum est, » *ibid.* vers. 11; aut, ut S. Hieronymus legit, *universitas agri*, hoc est, quidquid in campo pulchrum est et speciosum meum est, id est, adest mihi presens, ut non oporteat longa agere itinera ad illud tendendum. « Si esuriero, non dicam tibi, » etc., *ibid.* vers. 12. Die ergo, Domine Deus noster, inquit S. Augustinus, quid indicis populo tuo, Israeli tuo? quid ab illo postulas? quid tibi præstari vis, quo profiteatur te tanquam legitimum suum Deum habere? « Immola Deo sacrificium laudis, » etc., *ibid.* vers. 14: Deo aliquid offerre tenetur servitutis offi-

Deus non requirit a nobis victimas, sed laudam suam.

Quomodo diligendus sit inimicus.

Dei laus est pro-

cium, quo profiteamur nos illum tanquam Deum verum habere et colere. Et quidem nuda sacrificia aut animalium oblationes puras ille non requirebat, quæ ipsi parum poterant prodese, qui bonorum nostrorum non eget: quod potissimum requirit est sacrificium laudis. Quid est sacrificium laudis? Sacrificium gloriificandi, inquit S. Basilius, cum scilicet omnium honorem nostrorum laudem et gloriam in ipsum tanquam in eorum auctorem referimus. Et alludere visus est David ad sacrificia, quibus Deus thus lucidissimum admisceri volebat, ut thus coram ipso cremaretur, sacrificiorum vero carnes in sacrificantium utilitatem cederent, quo indicaret, solum fumum laudis et gloriæ sibi ex sacrificiis reservari; unde in tantum sacrificia præcipiebat et acceptabat, in quantum illa ad ipsius laudem et gloriam referebantur. « Ideo dicebat, inquit Chrysostomus *in Psalm.* XXXVI: *Sacrificium laudis honorificabit me;* et iterum *Psalm.* LXVIII, 31: *Laudabo nomen Dei cum cantico; et placebit Deo plusquam vitulus novellus cornua producens et ungulas.* » Hic igitur actus est, quo Deum singulariter colimus, quo profitemur nos illum tanquam verum legitimum Deum habere: quem qui Deo exhibere renuit, ac sibi alterive sacrilege usurpat, Deum ipsum altissimum negare censendus est. 29 et 30. SI GAVISUS SUM AD RUINAM EJUS QUI ME ODERAT, ET INSULTAVI QUOD INVENISSET EUM MALUM. NON ENIM DEDI AD PECCANDUM GUTTUR MEUM, UT EXPETEREM MALEDICENS ANIMAM EJUS. — Significat se perfectam habuisse charitatem, qua etiam inimicos diligere non fiele aut simulate, sed ex corde, de bono illorum gaudento, nullum eis malum imprecando, sed illud quoad poterat amolendo, et benevoluntate se iis qui ipsum oderant ac benificum exhibendo. Nondum legem audiverat præcipientem *Matth.* v, 44: « Diligite inimicos vestros, benefacite his qui oderunt vos, » etc., et perfectissime illa quæ legis sunt præstabat; quin imo potius ante legem ipsimet legi se normam exhibebat, et exemplo suo quid præcipiendum foret ostendebat. Hoc autem ut clarum nobis fiat, vim mandati de diligendis inimicis expendamus. Qui præcipimur diligere inimicum, tenemur primo illi velle et optare quod bonum est illi, simpliciter et absolute loquendo; in primis bonum spirituale, quod ad animæ salutem spectat, gloriam, gratiam, spiritualia dona: nec id solum, inquit S. Basilius *in Reg. brev. interrog.* 176, sed et ea temporalia bona, quæ illi necessaria sunt ad vitam spirituales et corporales: constat enim vitam ex anima et corpore; et cum utrumque diligendum sit, utriusque debemus velle bona commensurata. *Deinde* tenemur letari de bonis quæ illi eveniunt, et tristari de malis quæ illi accidunt: ut enim demonstrat B. Augustinus lib. XIV *De Civit.* cap. vii et ix, cuius doctrinam sequitur, explicat et confirmat D. Thomas in I II,

primum servitutis officium.

Qui Deum laudare recusat, ipsum negat.

Vers. 29 et 30.

Job perfectam habuit inimicorum dilectionem.

Quomodo diligendus sit inimicus.

Quest. XV, art. 2 et *Quest.* XXVIII, art. 6, amor quando est in corde excitat lætitiæ de bono, quod advenit amato, et tristitiam Je malo, quod illi accidit. Quæ omnia complexus est S. Basilius *in Reg. brev. interrog.* 175 interrogans: « Quomodo reprehendatur aliquis quod fratrem diligit ex mandato Domini, et quomodo item convincitur quod juxta hoc mandatum non diligit; » et respondet: « Charitatis præcipua sunt hæc duo, dolere et angere in his rebus, in quibus læditur is erga quem charitas habetur; similiterque ipsius utilitate lætari, et pro eo laborare. Beatus igitur quicumque morietur propter illum qui peccat; et letitia officium incomparabile sit, sicut scriptum est. Quin et hoc etiam Paulus apostolus testatur cum ait *1 Corinth.* XII, 26: *Si patitur unum membrum, compatuntur omnia membra; et si glorificatur unum membrum, compatuntur omnia membra.* Qui autem hoc modo varie non afflictor, de hoc prorsus dubitari non potest, quod fratrem ex mandato non diligit: » ita S. Basilius. Sicut ergo ex eo intelligimus membrum participare spiritum vitalem corporis sit compatitur, et quasi tristatur ad dolorem alterius membri, et si congaudet ad gaudium alterius membri: ita ex eo quod quis tristatur ad alterius lesionem, et lætatur ad ipsius gaudium, indicat se vivificare Spiritu illo a quo profudit charitas, de quo dixit Apostolus *Rom.* v, 3: « Charitas Dei diffusa est in cordibus nostris per Spiritum Sanctum, qui datus est nobis. » Ex his in eorum primo, non posse hominem prosequi odio inimicum suum: hoc enim expresse Christus prohibet, et evidenti ratione comprobatur ex eo quod impossibile sit unam et eandem rem absolute diligere, et absolute odio habere. Inferat *secundo*, homini non licere desiderare malum inimico suo: si enim tenetur eum diligere, et diligere est velle et optare bonum, non poterit ei desiderare malum. Sequitur *tertio*, hominem non posse letari de malo quod accidit inimico: ex amore enim erga dilectum non sequitur nisi tristitia de ejus malo: ita B. Anselmus *in 1 Corinth.* XII, 5, expendit illud quod apostolus, postquam dixit de charitate: « Non irritatur, non cogitat malum, » *subdit*: « Non gaudet super iniquitate, » id est, non de perditione adversantium exultat. « Sunt enim, inquit, nonnulli qui nec faciunt malum, nec facere cogitant eis, a quibus adversa perferunt; sed si factum illis ab aliis fuerit lætantur; et ideo non quando dictum est: *Charitas non irritatur*, id est, non provocatur ad iram, et injuriis læcessita ad nullos se ultionis motus excitat; *non cogitat malum*, id est, non cogitat, quomodo ei, qui sibi facit injuriam, vicem reddat; additur: *Non gaudet super iniquitate*, id est, non ei placet, si quid inique passus fuerit ipse qui ei adversatur. » Atque hoc est quod hoc loco Jobus significat cum ait: « Si gavisus sum ad

Ex quo deprehendatur quis se ad quem diligat.

Non licet odisse inimicum cum optare illi optare malum, nec de illius malo lætare.

rulnrum ejus qui me oderat, et exultavi quod invenisset eum malum. » Quae verba sic egregie expendit S. Gregorius lib. XXII Moral. cap. vi: « Scindum est, inquit, quia inimici dilectio tunc veraciter custodiunt, cum ne de profectu addi- beneficium nos affecerit Christus Dominus quam Veteris Testamenti etiam electos reges: illi enim tantum templum Domini videbant, nos vero Chris- tum ipsum tangimus et sumimus.

in majorem nos inducens charitatem, et eum erga nos ostendens desiderium, non tantum se praebens cupientibus videndum, sed et palpandum, et comedendum, et carni dentes infigere, et complicari, et omnia desiderium impleri, » etc. Ubi S. Chrysostomus ostendit, quanto praecleariori beneficio nos affecerit Christus Dominus quam Veteris Testamenti etiam electos reges: illi enim tantum templum Domini videbant, nos vero Chris- tum ipsum tangimus et sumimus.

32. FORIS NON MANSIT PEBRIGRINUS: OSTIUM MEUM VIATORI PATUIT. — Significat se extraneis hospita- lem totum et liberalem extitisse peregrinos quos- libet ex longinquo advenientes sub lectum colli- gendo, et in domum propriam introducendo, ac benignè illis praebendo etiam quae ad viatum es- sent necessaria: videre mihi videor alterum in Jobo Abrahamum, qui etiam ignotis occurrebat, et de via ad se invitabat, et tantum non cogebat invitos. Quae res magna admirationem omnibus creabat, qui genus illud humanitatis et benefi- centiae summis laudibus in caelum ferebant. « O

Job et Abraham magistri hospitalitatis.

Job et Abraham magistri hospitalitatis.

Circa similitudinem sive delectationis imagine salutaris

Vers. 31. Quando desiderat dominicus Jobi carnibus satvari.

Christi hoc applicat venerabili Eucharistiae de Christo dicens: « Propterea semetipsum nobis immiscuit, et corpus suum in nos contemperavit, ut unum quid efficiamur tanquam corpus capiti coaptatum: ardentem enim amantium hoc est. Hoc itaque Job insinuans dicebat de servis suis, quibus erat supra modum desiderabilis, quod desiderium ostendentes dicebant: Quis det nobis ut de carnibus ejus satur emur? Propterea quidem Christus id fecit

32. FORIS NON MANSIT PEREGRINUS: OSTIUM MEUM VIATORI PATUIT. — Significat se extraneis hospita- lem totum et liberalem extitisse peregrinos quos- libet ex longinquo advenientes sub lectum colli- gendo, et in domum propriam introducendo, ac benignè illis praebendo etiam quae ad viatum es- sent necessaria: videre mihi videor alterum in Jobo Abrahamum, qui etiam ignotis occurrebat, et de via ad se invitabat, et tantum non cogebat invitos. Quae res magna admirationem omnibus creabat, qui genus illud humanitatis et benefi- centiae summis laudibus in caelum ferebant. « O Job et Abraham magistri hospitalitatis.

Landatus Job qui sponte sua delicta confitetur.

Ex-celsum esse cultum conscientiam sui fecit.

Deo aperiant: « Quemadmodum, inquit, in febrilique si intro altiusve serpat, morbum longo validiorem facit; si vero in apertum se promovet, spem remissionis vel ut indicie promittit: sic et animo contingit. Qui inexorabilis et obduratus fuerit, secundum duritiam suam et impotentem: cor thesaurizat sibi iram in die irae, adjungens peccatum peccato, et propria adaugens mala: etenim peccator cum in profundum malorum venit contemnit. Contra, qui probae est mentis, si interim vel semel per diaboli subreptionem offenderit, ejus conscientia maximopere gravatur, ut quod admisit tacere aut occultare nequeat, » etc. Pulchra similitudine hoc explicat Origenes ad illa verba *Psalm.* XXXVI: *Quoniam iniquitatem meam annuntiabo: a* Vide quid docet nos Scriptura, quia oportet peccata non celare intrinsecus: fortassis enim sicut hi qui habent inclusam escam indignam aut humoris vel phlegmatis, stomacho graviter et moleste imminetia si vomerint, relevantur: sic etiam ille peccaverunt, siquidem occultant et retinent intra se peccatum, intrinsecus arguerit, et propemodum suffocantur a phlegmale vel humore peccati. Si autem ipse peccator sui accusator fiat, dum accusat seipsum, et confitetur, simul vomit delictum, quia omnem morbi causam digerit, » etc.

Conferendum est vomitorium peccati.

34. SI EXPAVI AD MULTITUDINEM NIHAM, ET DESPECTIO PROPINQUORUM TERRUIT ME: ET NON MAGIS TACUI, NEC EGRESSUS SUM OSTIUM. — Quanta ad iudicis et gubernatoris populi officium spectat, non sic unquam Jobus timuit multitudinem popularum, ut propterea ommittere arguere, vel prohibere, aut agere vel dicere quidquam eorum, quae illi dicenda vel agenda secundum Deum videbantur: neque item ipsum ab humismodi officio deterruit despectio propinquorum vel activa, quae solent propinqui ut familiarioris eos qui magnum aliquid attentant facilius displicere quam alieni aut extranei, propter familiaritatem quae parit contemptum; vel passiva quae solent nonnunquam venire in contemptum propinqui propter odium iudicis aut gubernatoris populi, maxime cum se opponit multitudini, aut magi aliquid attentat: imo cum potuisset tacendo et dissimulando odium declinare, et negotium subterfugere, quietemque servare, noluit potius tacere quam loqui, cessare quam agere, quae dicenda vel agenda ex officio et pro temporis ratione iudicabat. Scilicet arx in-victa bona consistit, quae Jobus ubique tutus nihil timuit, neque a justitiae cultu recessit: frequentem populum rexit, neque sibi visus est cuicumque injuriam irrogasse: conjunctos sanguine vel familiaritate ita excepit, ut in iure dicendo solam justitiae rationem haberet, lametsi propterea cognati vel necessarii exauderent, ac in illum invehentur: maluit quippe correptiones sive objurgationes patienter ferre, quam jus ulla ex parte violare. Ergo exandavit injurias, ne ullam injuriam inferret.

Vers. 34.

Jobi in rebus constantem Deum defendentem et excusantem constantem.

Job aequi equisqum

primentes, dimitte eos qui contracti sunt liberos, et omne onus dirumpere, » hoc est, ne divites tabulis et scriptis pauperes debitores stnos opprimerent; sed pecunia creditas eis potius condonarent.

Job de debito- rum re- missione coven- tar.

Habebat autem codicem Job, in quem rationes referebat date mutuo pecunie, et eorum levaret indigentiam; servabat syngraphas et schedulas satisfactionis propria manu debitoris subscriptas; ad constitutum tempus remittebat famulos qui pensum pecunie exigere; debitores domesticis difficultatibus impediti, aut angustia rei familiaris oppressi, pensandi pecuniam non habebant facultatem. Quid faciebat Job? mittebatne exactores, qui iudicis edicto ire alieno constrictos ad solutionem cogere; aut debitores suffocarent instar mali servi, aut traderent custodie et vinculis? minime gentium. Magna animi celsitudine cautiones et chirographa coram debitoribus et stipulatoribus in minutas partes distrahebat, ut abolita et oblivione obluta manerent debita. « Et si non scindens reddidi, nihil accipiens a debitore. » Mira Jobi benignitas. Sed cur descendit syngraphas, rumpitque cautiones diademate coronatus? Hoc indicant verba Septuaginta, *circumponens coronam legebam*; S. Augustinus legit, *et coronatus publice legebam*; S. Ambrosius lib. *De Tob. cap. xvii. imponens coronam legebam*; Glossa Lyre habet, *tanquam sua victoria vexillum*. Neque minus sane illustre facinus condonare injurias, probra, male dicta, quam debita. Qui aëris sui vineula proximo relaxat, quibus tenebatur adstrictus debitoribus suis remittit, et ab obligatione nominum eos absolvit, Dei munificentiam in dimittendis debitis et selvendis peccatorum vinculis emulatur: is dignus regis infulis, imperatoris paludamentis, ut rex augustus incedat coronatus.

Ver. 29. 38-40. SI ADVERSUM ME TERRA MEA CLAMAT, ET 30 ET 40. CUM IPSA SULCI EJUS DEFLENT: SI FLUCTUS EJUS COEDEDI ABSQUE PECUNIA, ET ANIMAM AGRICOLARUM EJUS AFFLIXI: PRO FRUMENTO ORIATUR MIHI TRIBULUS, ET PRO HORDEO SPINA. — Iniquum merito putat vir divinus, si agrorum suorum operari solum nosset laborare, et sub laboribus gemere, et nullam viderent mercedis jucunditatem sudoribus madidi, sicci et arentis solatio; quam iniquitatem sic objicit D. Jacobus divitis mundialis dicens *Epist. 1, 4*: « Ecce merces operariorum qui messorum regiones vestras clamant; et clamor eorum in aures Domini Sabaoth introivit; » et quando merces et solatium negatum operariis non clamat adversus dominos, et cœlum clamoribus implet? Itaque Job quasi dira sibi imprecat, si unquam vel subditorum lacrymas vel sanguinem siliverit, sic subditos vexando exactionibus, ut cogere illos plus solito terram sollicitare et vexare, quo possint servare tributa: ita Auctor *Caten. Græc.*, q. d. « Hæc patiar mala, si causa mea terra a suo domino est aliquando gemit debilitata; aut si sulci ejus ab aratoribus, atque ab his, qui eam sciderunt, flere aliquando coacti sunt: » quippe

Job agricolas non cogitabat laboribus.

Merces operariorum de frandata clamant in cœlum de terra.

merito tot sibi calamitates a Deo indictas putare bonus rex, si quando libuisset de terra vulnere et de subditorum sanguine bibere, eos sic premeudo tributis, ut ingenti labore ægre ac difficultate satisfacere vix possint.

Hic nempe mundialis tyrannorum est mos, qui subditos gravibus exactionibus et laboribus supra quam terre possint onerant, nec ullam eis requiem aut solatium concedunt; boni vero domini est sic labores inter servos partiiri, ut imperiatur etiam solatia: sic Deus *Gen. iv* mandavit hominibus labores, sed ex quibus cibus nascatur; minatus est soli sterilitatem, elementorum inclementiam; sed et vestes paravit, ut tanquam a bono domino venirent in servos labores mixti, imo et attemperati solatiis. Id quod pulchre observavit Rupertus lib. *III De Trinit. cap. xxxvii* cum ait: « Habes itaque duo miserie solatia cum labore et indigentia homini propria, victum scilicet et vestitum: victum, ubi paulo ante dixit: *In sudore vultus tui veseris pane tuo*: vestitum, ubi nunc dictum est: *Fecit Dominus Adæ et uxori ejus tunicas pelliceas, et induit eos*. » Pro optimi et celsissimi Domini conditionem! Servituti addicit homines, ingenies illis labores mandat; sed et simul providet illis victus vestitusque solatia, et ut in laboribus immittendis severus, sic bonus in paradisi solatiis appareat: hinc merito David mundialis principum iniquitatem atque duritiam a Deo longissime removebat dicens *Psal. xciii, 20*: « Numquid adheret tibi sedes iniquitatis, qui fingis laborem in præcepto? » plane iniquitas magna est, quod in domini alticuius præceptis tantum videantur labores ac sudores mandati, et nullum ibi appareat solatium. Pulchre ait D. Laurentius Justinianus in *Fasc. amor. cap. vi*:

« Aperle dicit *Psalms*: Neque iniquus neque immitis es, ut laboriosa mandes, et absque delectationis suffragio operarios fatigari sinas: » non potest dominus, qui iniquus non est, qui immitis non est, decernere labores servis absque ullo delectationis suffragio; non potest dominus, qui iniquus non est, sinere fatigari subditos in adimplendis mandatis, et non curare de illorum victus vestitusque solatio. Unde de se et pro se aiebat Job: « Si adversum me terra clamet, et cum ipsa sulci ejus deflent, » etc. et qualis esset ista Jobi iniquitas, quam terra clamaret, quam sulci ejus deflerent? Utiq; hæc esset, si agros suos ita sudoribus et laboribus operarum impleret, ut laborantibus excolentibusque eos solum liceret gemere et lacrymari sub labore, percipere autem aliquod solatium mercedis nunquam liceret. Sic exponit locum hunc Nicetas in *Caten. Græc.*: « Sed neque meos agros ac sulcos, neque terram meam quisquam coluit, qui non esset pretio atque mercede conductus, ne forte eum genuit lacrymisque vexarem, si ipsius operam certam mercede spoliassem. »

Juxta mentem S. Gregorii lib. *XXII Moral. cap. Quia per*

terram et xv terra hoc loco significat terram desertam et squalentem jejunaque glare sterilem; et contra vero sulci feliceque glebam et subactam terram. Juxta anagogen terra clamet, id est imperii vel impii homines; sulci vero qui in virtute profecerunt; utriusque ergo coram Deo clamant, scilicet tam impii quam pii adversus prælatos, cum se illorum cura desitutis conspiciunt: nempe impii homines ad pietatem reducerentur, si eorum curam prælatos ageret, et pii in virtute proficerent; unde merito utriusque de prælato conqueruntur. In quem sensum adducit S. Gregorius verba ejusdem Jobi vers. 39: « Si fructus ejus comedi absque pecunia; et animam agricolarum ejus affixi: » fructus terræ absque pecunia comedit ille, qui cum præsit aliis, et ob hanc causam honorem accipiat et annuos redditus, ipse tamen omnino injuncti muneris curam abijcit: oves quidem tondet, non tamen ad pascua reducit, neque lupos aret. « Perfecti namque, » inquit S. Gregorius, cum semper de spiritualibus moventur, tanto sciunt de alienis corporalibus damnis ingemiscere, quanto jam edocti sunt non

dolere de suis. Omnis ergo qui præest, si perversa in subditis exercet, contra hunc terra clamet, et sulci deflent, quia contra ejus injustitiam rudes quidem populi in murmurationis vocibus erumpunt, sed perfecti quique pro pravo ejus opere se in fletibus affligunt; quodque imperii clamant et dolent, hoc probatoris vite subjecti deflent et tacent, » etc. Idem hom. *17 in Evang.* hunc Jobi locum exponens: « Terra, inquit, contra possessorem suum clamet, quando contra pastorem suum juste Ecclesia murmurat: cujus etiam sulci deflent, si corda audientium, quæ a precedentibus sunt patribus predicationis voce et vigore invectionis exarata, vident aliquid quod lugeant de vita pastoris. Cujus videlicet terra fructus possessor bonus sine pecunia non manducat: quia discretus pastor prærogat talentum verbi, ne ad damnationem suam de Ecclesia stipendium sumat alieni: tunc enim de terra nostra cum pecunia fructus comedimus, quando sumentes ecclesiastica subsidia in predicatione laboramus: præcones namque venturi iudicii sumus. » Hæc pie ac sapienter Gregorius.

CAPUT TRIGESIMUM SECUNDUM.

SYNOPSIS CAPITIS.

Trascitur Eliu tam Jobo, quod suam tantopere justitiam prædicasset, quam amicis, quod vi rationis Jobum refellere nequiverissent. Quare ipse præfatus modestè veniam, quod coram senibus adolescens loqui audeat, docet adolescentibus interdum divinitus inspirari sapientiam; cuius rei asserit se accepisse experimentum, itaque longe altis ac validioribus argumentis Jobum convicturum.

1. Omiserunt autem tres viri isti respondere Job, eo quod justus sibi videretur. 2. Et iratus, indignatusque est Eliu filius Barachel Buzites, de cognatione Ram: iratus est autem adversum Job, eo quod justum se esse diceret coram Deo. 3. Porro adversum amicos ejus indignatus est, eo quod non invenissent responsum rationabilem, sed tantummodo condemnasset Job. 4. Igitur Eliu expectavit Job loquentem: eo quod seniores essent qui loquebantur. 5. Cum autem vidisset quod tres respondere non possissent, iratus est vehementer. 6. Respondensque Eliu filius Barachel Buzites, dixit: Junior sum tempore, vos autem antiquiores, ideoce demas prolixior capite, veritus sum vobis indicare meam sententiam. 7. Sperabam enim quod etiam prolixior loqueretur, et annorum multitudo doceret sapientiam. 8. Sed, ut video, spiritus est in hominibus, et inspiratio Omnipotentis dat intelligentiam. 9. Non sunt longævi sapientes, nec senes intelligentiudicium. 10. Ideo dicam: Audite me, ostendam vobis etiam ego meam sapientiam. 11. Expectavi enim sermones vestros, audivi prudentiam vestram, donec disceptarem in sermonibus: 12. Et donec putabam vos aliquid dicere, considerabam: sed, ut video, non est qui possit arguere Job, et respondere ex vobis sermonibus ejus. 13. Ne forte dicatis: Invenimus sapientiam, Deus proiecit eum, non homo. 14. Nihil loetus est mihi, et ego non secundum sermones vestros respondebo illi. 15. Extimuerunt, nec responderunt ultra, abstuleruntque a se eloquia. 16. Quoniam igitur expectavi, et non sunt locuti: steterunt, nec ultra responderunt. 17. Respondebo et ego partem meam, et ostendam scientiam meam. 18. Plenus sum enim